neſcio. idq; fidenter et verum dicit. et
ſcit verum ſe dicere. ſcit vtiq; quid ſit
ſcire. quia et diſcernit ab ſciente neſci-
entem. cum veraciter ſe intuens dicit ne
ſcio. Et cum ipſe ſcit ſe verum dicere.
vnde ſciret. ſi quid ſit ſcire neſciret.

Ca. 2

Quilibet igitur ſtudio-
ſus. quilibz curioſus. nõ amat
incognita. etiam ardentiſſimo
appetitu inſtat ſcire qd neſcit. Aut enim
iam genere notum habet qd amat. idq;
noſſe expedit. etiam in aliqua re ſingu
la. vel in ſingulis rebus que illi nondũ
note forte laudantur. fingitq; animo ima
ginariam formam qua excitetur in amo
rem. Vnde autem fingit. niſi ex his que
iam nouerat? cui tamen forme animo
figurate. atq; in cogitatione notiſſime.
ſi eam que laudabatur diſſimilez inue
nerit. fortaſſe non amabit. Quod ſi ama-
uerit. ex illo amare incipiet ex quo di-
dicit. pauloante quippe alia erat que
amabatur. quam ſibi animus formans
exhibere conſueuerat Si autem illi for-
me ſimilem inuenerit quam fama pre-
dicauerat. cui vere poſſit dicere. iam te
amabam. nec tunc vtiq; amabat incog
nitam. quã in illa ſimilitudine nouerat.
aut in ſpecie ſempiterne rationis vide-
mus aliquid et ibi amamus. qd cum ex
preſſum in aliqua rei tẽporalis effigie.
illis qui experte ſunt laudibus et ama-
mus. et credimus. non aliquid amamus
incognitum. vnde iam ſupra ſatis diſſer
uimus. aut aliqd notũ amamus. propter qd
ignotũ aliquid querimus Cuius ignoti
amor nequaquã nos tenet. ſz illius cog
niti quo pertinere nouimus. vt illud etiã
qd adhuc ignotum querimus nouerimus.
ſicut de incognito verbo pauloante lo
cutus ſum. aut ipſum ſcire quiſq; amat.
qd nulli ſcire aliquid cupienti eſſe in-
cognitũ poteſt. his cauſis videntur ama
re incognita. qui ſcire aliquid volunt qd
neſciunt. et propter ardentiorem que-
rendi appetitum ſine amore eſſe dici non
poſſunt. Sz quãquam ſe res aliter ha-
beat. nec omnino quicquã ametur incog
nitum. arbitror me perſuaſiſſe verũ dili
genter intuentibus. Sed quia exempla
que dedimus eorum ſunt qui aliquid qd
ipſi non ſunt noſſe cupiunt. videndum
eſt ne forte aliqd nouum genus appare Ca.
at cum ſe ipſa mens noſſe deſiderat. 3

Quid ergo amat mens. cũ arden
ter ſe ipſam querit. vt nouerit
dum incognita ſibi eſt? ecce enim
mens ſemetipſam querit. vt nouerit. et
inflammatur hoc ſtudio. amat igitur.
Sed quid amat? Se ipſam quomodo
cum ſe nondum nouerit. nec quiſquam
poſſit amare qd neſcit? An ei fama pre
dicauit ſpeciem ſuam. ſicut de abſenti-
bus ſolemus audire? forte ergo non ſe
amat. ſz qd de ſe fingit hoc amat. lõge
fortaſſe aliud q̃ ipſa eſt. aut ſi ſe mens
ſui ſimilem fingit. et ideo cum hoc fig-
mẽtum amat. ſe amat. anteq̃ nouerit.
quia id qd ſui ſimile eſt intuetur. Nouit
igitur alias mentes ex quibus ſe fingat.
et genere ipſo ſibi nota eſt. Cur ergo
cum alias mentes nouit. ſe non nouit.
cum ſe ipſa nichil ſibi poſſit eſſe preſen
tius? q; ſi vt oculis corporis. magis
alii oculi noti ſunt. q̃ ipſi ſibi. non ſe er
go querat nũquã inuentura. Nunquam
enim ſe oculi preter ſpecula videbunt. Nec
vllo modo putandum eſt etiam rebus
incorporeis contemplandis tale aliquid
adhiberi. vt mens tanquã in ſpeculo ſe
nouerit. An in ratione veritatis eterne
videt q̃ ſpecioſũ ſit noſſe ſemetipſam.
et hoc amat. quia videt ſtudetq; in ſe
fieri? quia quamuis ſibi nota nõ ſit. notũ tamen
ei eſt q̃ bonũ ſit vt ſibi nota ſit. Et hoc
quidem permirabile eſt. nondũ ſe noſſe
et q̃ ſit pulcrum ſe noſſe iam noſſe. An
aliquem finem optimum. id eſt ſecurita
tem et beatitudinez ſuam videt. per quã
dam occultam memoriam que in longin
qua eã progreſſam nõ deſeruit. et cre
dit ad eundem finem. niſi ſeipſam cog-
nouerit ſe peruenire nõ poſſe? ita dum
illud amat hoc querit. et notum amat